



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1525. usque ad annum 1529

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118480

§. 46. Pax Pontificem inter & Cæsarem conciliata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66472](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66472)

„ quod hæc Bulla nulla prorsus verifi-
 „ militudine firmetur. Ut ut res se
 „ habeat, id omnino certum est, quod
 „ divortii caussa propter prætenfam
 „ hanc Bullam nullatenus promotam
 „ fuerit. „

Sæcul. XVI.
 A.C. 1528.

Varillas
dans l'histoi-
re de l'here-
sie lib. 9.
 pag. 370.

§. XLVI.

Pax Pontificem inter & Cæsarem
conciliata.

Cum interea Campegius Henricum
 Regem in Anglia varia spe detine-
 ret, summus Pontifex totus in eo erat,
 ut cum Cæsare pacis foedus iniret; cum
 enim Gallorum res in Italia omnino de-
 perditas, ac Lautrecum inter militum
 suorum cadavera & ipsum morte subla-
 tum inaudiret, nunciatumque esset, quod
 pestilentia totum pene Gallorum ex-
 ercitus consumpsisset, atque Neapolita-
 na expeditio pessime successisset, hinc
 Papa causas quærebat, ob quas a Fran-
 ciæ & Angliæ Regum foedere recede-
 ret. Querebatur itaque, quod Francis-
 cus & Henricus datam ipsi fidem fefel-
 lissent, eo quod Venetos ad Ravenna-
 tem & Cerviam Sedi Apostolicæ red-
 dendam non urgerent, prout tamen
 summa Religione promisissent. Hac
 ratione Pontifex insinuare voluit, quod
 Angliæ Regi haud mirum videri debeat,

Guicc. lib. 19

Sæcul. XVI
A.C.1528

fi in ejus caussa lentius procedat Pontifex, cum ipse Sacræ Sedi jus suum a Venetis tribui negligeret. Optabat quidem Papa, ut hæc sola ratio caussæ definitioni obfuisse crederetur; verum insuperhabita omni solertia Henricus, & Franciscus Reges brevi edocebantur, quod Pontifex in Hispania cum Cæsare de concordia ageret; unde hac super re querebantur; ast Pontifex sibi fixum in animo destinatumque esse ajebat, ut a neutrius partis studio minime recederet, has quoque suspiciones, quas temere inventas appellabat, ut penitus dissiparet, Campanam in Angliam ablegabat, qui de ejus amicitia Henricum de novo tutum redderet, eodemque tempore huic Legato literas tradidit, quibus Campegius Bullam, cujus supra meminimus, igne cremare, ac divortii sententiam, quantum posset, differre, disertis verbis jubebatur. Campegius quantocius diploma hoc flammis tradidit, ac deinceps novos obtentus quærebatur, ut judicii acta retardarentur.

§. XLVII.

*Catharina Angliæ Regina apud
Cæsarem & Ferdinandum
conquesta.*

Ad differendam hanc sententiam non
parum